



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1720**

Quæst. 209. Apostasia quid & quotuplex.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](#)

*Castrop. l. c. n. 16.* saltem de irregularitate specia-  
liter interrogata Schismatico in jure, quamvis admittant,  
Schismaticum notorum durante Schismate irregu-  
larem esse, irregularitate generali, proveniente ex  
crimine quoquaque enormi notorio, quæ etiam ir-  
regularitas & infamia per penitentiam aboletur;

ut idem.  
*6. Sexta quasi pena Schismatici est suspicio il-  
lius de Hæresi, & quidem, ut ait Castrop. l. c. n. 19.  
vehemens, ed quod, licet Schismaticus quis esse pos-  
sit sine errore intellectus, adeoque Hæresi, quia ta-  
men id raro contingit, omnis Schismaticus non so-  
lum abjurare tenetur Schisma, sed etiam suspicio-  
nem Hæresi, Pegna. l. c. comm. 73. Ugol. tr. de  
cens. Pontif. refero. q. 184. in gloss. nec non Schisma-  
tico. Farin. q. 184. n. 35. Menoch. de presump.  
L. 5. presump. 6. n. 24. Castrop. l. c.*

*7. Sunt & alia pœnae, que Schismaticis à Judi-  
ce Ecclesiastico interrogari possunt, pro qualitate cri-  
minis, ut confusio bonorum, privatio officiorum,  
honorum &c. item pœna pecuniaria, exilium, car-  
cer, uires, imo & remissio brachii saecularis, si  
sunt pertinaces, ut colligitur ex C. de Liguribus. 23.  
q. 5. C. non. vot. 23. q. 5. C. in unione Domini. dist.  
23. cit. C. unic. b. t. in 6. & tradunt Diaz, in praet.  
c. 112. à n. 1. Fatin. q. 184. n. 31. Valent. d. 3.  
p. 15. q. 3. vers. quintio, certum est. Castrop. l. c.  
n. 20. ac denique irritatio actuum quorundam ab  
iis exercitorum, de quibus sit*

*Quæst. 208. Num ordinationes à Schi-  
smaticis factæ, alioque actus & gesta  
per eos sint valida, & quam pœnam  
iuriis incurvant, qui Ordines ab iis  
recepérunt.*

*1. Resp. Primò: Juxta dicta num. 2. ordinationes seu collationes Ordinum, aliorūque Sacramentorum, utope dependentes à potestate la-  
mentrali Ordinis, quam non amittunt, validè ab*

iis conferuntur, ita, ut verè characterem recipient  
ab iis confirmati & ordinati, item templo, altaria,  
vasa sacra, ad usum divinum deputata, validè con-  
secrant Episcopi Schismatici, ita, ut factam ab iis  
consecrationem repeti non sit necesse; item valide  
conficiunt Eucharistiam; non tamen licet ea exer-  
cent, cum ipso jure ab utro dicitur potestatis sacra-  
mentalium sint suspensi.

*2. Resp. Secundò: Potestatem jurisdictionis  
spiritualis nec validè nec licet exercere possunt,  
quia è privati ipso jure sic absolvere nequeunt ob  
hunc defectum jurisdictionis in penitentem à pec-  
catis, nec leges ferre, indulgentias concedere, ex-  
communicare, eligere, bona ecclesiastica alienare,  
Ecclesias unire, beneficia conferre, ita, ut hæc ab  
ipsis facta, ipso jure sint irrita, arg. C. Novatianus.  
7. q. 1. can. didicimus. 24. q. 1. modò Schismatici  
sint notori, aut etiam falem nominatim denuncia-  
ti, juxta dicta cit. num. 2.*

*3. Resp. Tertiò: Recipientes scienter Ordines  
à Schismatico ipso jure sunt suspensi, & hinc repel-  
lendi, vi c. 2. b. t. ab exercitio seu usu acceptorum  
Ordinum, sicut & ipsi ordinantes, qui proinde hoc  
exercitium, quo ipsi carent, ipsis concedere non po-  
tuerunt vi collationis Ordinum. Porro ad hunc  
effectum in recipiente Ordines producendum, re-  
quiritur quoque, ut Ordinans sit notori Schismaticus,  
publicèque ac nominatim, ut talis denuntiatu-  
sus secundum partem admodum probabilem, Azor.  
l. c. q. 11. Bonac. n. 13. Castrop. n. 18. Pith. b. t.  
n. 10. De cætero cum eo, qui scienter, vel ex cras-  
fa & supina negligenti ordinatus est ab Episcopo  
Schismatico, solus Pontifex dispensare potest quod  
ad ultum Ordinum, juxta dicta n. 4. arg. C. quia di-  
ligentia, de elect. & ibi Layman. num. 3. Pith. l. c.  
cum eo vero, qui ex ignorantia inculpabilis, quia pro-  
babiliter nescivit, Ordinantem fuisse Schismaticum,  
etiam Episcopus dispensare potest, Gl. in c. 2. b. t.  
v. potestatem. Abb. ibidem. n. 7.*

## TITULUS IX.

### De Apostatis & Reiterantibus Baptisma.

*Quæst. 209. Apostasia quid & quotu-  
plex?*

*1. Resp. Primò: In genere vi nominis de-  
fessionem seu recessum à statu suscep-  
to significans, hic aliquando con-  
tractus cum D. Thom. 2. 2. q. 12.  
a. 1. sumitur pro recessu à Deo, quod, quia fit tri-  
pliciter, nimis recedendo vel à fide Christiana,  
vel à sacro Ordine, vel à Religione, seu Ordine re-  
ligioso, quem quis professus; tres sunt Apostasiæ  
species; prima seu recessus à fide, (quæ propriissi-  
mè Apostasia est, dicta quoque à Gl. in c. 1. b. t. v.  
Apostasia, & communiter Apostasia perfidiæ est, quæ  
quis à fide Christiana penitus recedit, eamque tota-  
liter deserit, transcedendo ad Paganismum, vel Ju-  
dæismum, vel Turcismum &c. efficitur Paganus,  
Judas, vel Turca, L. 1. & 2. c. de Apof. c. non  
potest. 2. q. 7. Sylv. v. Apostasia. n. 1. Farin. tr. de  
Hæref. q. 183. §. 2. n. 13. cum communis. Differe  
proinde Apostasia ab Heretico non essentialiter, sed  
nominaliter & accidentaliter, quatenus Hereticus  
deficit à fide solum ex parte negando unum vel ali-  
quos articulos fidei tantum, qui recessus minor à*

fide speciem non mutat, neque enim Apostata de-  
finit esse Hereticus, unde etiam à fide vera Catholi-  
ca transiens ad sectam aliquam Hæreticam, v. g.  
Lutheranam vel Calvinisticam, vulgo tantum, & non  
propriè dicitur Apostata, nec pœnis contra Apostata  
specialiter statutis subjecit, ut AA. communiter;  
est itaque proprium & essentiale Apostasia totalis  
recessus à vera fide semel suscepta, terminus vero,  
ad quem fit recessus, seu transitus, habet se in ea ut  
materiale & accidentale, et si ratione illius consti-  
tuatur triplex, vel etiam quadruplex infidelitas, nem-  
pe Atheismus, Paganismus seu Gentilismus, Jude-  
ismus, Turcismus, Sanch. L. 2. mor. c. 7. n. 16. & 17.  
Laym. th. mor. L. 2. tr. 2. c. 16. n. 1. & 2. Pith. b.  
n. num. 2.

*2. Secunda est Apostasia ab Ordine Clericali, qua-  
lis dicitur, dum quis in facis Ordinibus (puta Sub-  
diaconatu, Diaconatu, Sacerdotio) constitutus ad  
statum laicalem, vel etiam conjugalem, dimisso ha-  
bitu clericali propriâ temeritate transiit, Hostiens. in  
sum. b. t. n. 2. Sylv. v. Apostasia. q. 2. n. 5. Farin.  
tr. de Hæref. q. 183. §. 9. n. 115. Pith. b. t. num. 4.  
cum communis. Dixi: Constitutus in Ordinibus  
sacris i. si quidem recedendo à statu clericali suscep-  
to*

Q

per

R. P. Leur. Jur. can. Lib. V.

per receptionem ordinum minorum ad statum laicalem non peccatur saltem graviter. Arg. c. i. de Cleric. conjg. nec cogi possunt, ut ad statum illum redeant, nec poenis verorum Apostatarum subjacent, ut constat praxi & consuetudine, & ita docent longè probabilius cum gl. in c. tua. b. t. v. tolerandi. Govar. despōns. p. 2. c. 9. §. 3. n. 2. contra Gonz. inc. 1. h. t. n. 5. & alios, quin & licet constitutus in minoribus beneficiis ecclesiasticum, vi cuius tonsuram & habitum clericalem deferre tenetur, habeat, dimissio beneficio, & consequenter habitu clericali se etiam auctoritate propriâ ad statum sacerdotalem seu laicalem conferat, apostolam proprie committere non videtur; Secus, si id faceret beneficio retento, ut Farin. l.c.n. 127. Sylv. Pith. II. cit.

3. Tertia est à religione, dum quis sine licentia Superioris regularis, alteriusque, qui eam concedere potest, ab ordine religioso, quem professus fuit, recessit, sine proposito redeundi, sive cum proposito nunquam redeundi, Sylv. v. Apostata. 9. q. 4. Roderiq. Tom. 1. q. 4. reguli. q. 30. a. i. Laym. 1. 2. tr. 1. c. 16. n. 1. Pith. b. t. n. 8. dicitur primo: *Recessit sine licentia superioris*, si enim recessit à religione, seu liberatus à regulari obseruantia de ejusdem licentia, V. G. legitimè translatus ad Episcopatum, non est apostata; dicitur secundò: *Ab ordine Religioso*, intellige verè tali seu à religione approbata. Dilicentes siquidem à pia aliqua communitate, quæ vera per Sudem Apostolicam approbata religio non est, & si iuxta statuta sua novitiatum habeant, & tria vota ex devotione emittant; Apostata non sunt, Sanch. 1. 6. c. 8. n. 7. Tambur. de jure Abb. Tom. 3. d. 8. q. 1. n. 4. Reiffenst. b. t. n. 11. Comprehenditur quoque sine ordine religioso omnis ordo religiosus, siquidem desérens suum ordinem, quem professus & ipso facto vel atimo ingrediendi ad alium ordinem etiam laxiorem transgreditur, non est Apostata: et si illicet id fiat propter defectum licentia superioris ad hoc, et quod à statu religioso ut sic non deficiat, et si deficiat ab hoc particulari, sibi que per ingressum redditio proprio statu, habet enim voluntatem non relinquendi absoluē statum religiosum (quod ad Apostoliam à religione requiriatur) sed commutandi statum unius religionis in statum alterius religionis, idque etiam si talis commutatio non sortiatur effectum, seu invalidè fiat talis transitus, cum id non impedit, quod minus talis habuerit voluntatem vivendi in tali statu, ac ita docent Sylv. v. religio. 4. q. 4. & v. Apostasia. q. 4. n. 9. Et ibidem ferè omnes Summista, item Cajet. 2. 2. q. 12. a. i. Roderiq. l. c. Azot. p. 1. l. 12. c. 17. q. 7. Less. l. 2. derefit. c. 41. dis. 13. n. 102. Sanch. 1. 6. sum. c. 8. n. 8. Reiffenst. b. t. n. 12. alioque apud Castrop. rr. 16. n. 6. quorum sententiam et si ipse communem dicat & probabilissimam, oppositam tamen fatis probabilem & fortè veriorem asserit n. 7. citataque pro ea Suar. Tom. 5. de cens. d. 31. f. 6. n. 4. Et Tom. 4. de relig. tr. 8. l. 3. c. 12. à n. 17. ex ea potissimum ratione, quod in eo casu recedit omnino à statu religioso, dum à religione, in qua verè professus, quantum est ex parte illius, recedit in perpetuum & aliā verè & propriè non assumit, quin & animum eam assumendi habere non potest, quia illa assumptio & commutatio est impossibilis, nisi forte errorè censeat illam esse possibilem, seu ad illam se validè transire posse; ad hac talis tanquam verus apostata puniri possit, & non excusat ab apostolata ob habuum alterius religionis in valide assumptum, ut constat ex variorum Pontificum Bullis, nimis Pauli III. incipiente: *licet debitum pastoralis officii*.

Pii V. editâ Anno 1565. incipiente: *equum repudiamus*. Gregor. XIII. incipiente: *dilecte fili C.*

4. Dicitur tertio, sine animo ad ullam amplius religionem redeundi; si enim religionem suam etiam sine licentia superioris deserat, animo & causa solū vagandi ad tempus extra religionem, cum proposito teneundi aliquando ad illam, confundus quidem est fugitivus (de quo ut præcisè tali vide tractata à me ex professo plures per quæstiones l. 3. Decretal. tit. 3. i.) non autem apostata, qualis tamē erit, si recedat ab omni ordine, cum proposito nunquam redeundi ad ullum ordinem, sive habitum religiosum retinet, sive abjiciat, renuntio enim & objecção habitus sicut se habent tanquam quid accidentale ad substantiam religionis, ita etiam ad substantiam criminis apostolice à religione ut Sanch. l. 2. mor. c. 8. n. 4. Azot. p. 1. l. 14. c. 17. q. 6. Farin. tr. de heres. q. 183. §. 1. m. 62. Pith. b. t. n. 8.

Quæst. 210. Quænam sint poenæ Apostatarum?

1. Resp. Primò Apostatae à fide incurruunt penas omnes, quas hæretici, cum omnes sive verè hæretici, et si non omnes hæretici sunt apostatae. Abb. in c. i. b. t. n. 3. Sanch. l. 2. c. 7. n. 18. Farin. l. c. n. 19. Azot. p. 1. l. 7. c. 22. q. 2. Reiffenst. b. t. n. 4. cum communī & certa, iuxta c. contra de heret. in 6. ut etiam juxta, idem r. & communem, apostatarum fautores, receptores, defensores, easdem penas incurruunt, quas fautores, receptores hæreticorum, quin & gravissim punitur apostasia quam simplex hæretis, cum eam malitiam excedat, dum nimis, quamdiu vivunt, semper & post mortem ad quinquennium accusari & in suis puniri possunt, juxta L. sequis. Et l. Apostatarum c. de Apostat. non suffragante eis pénitentiâ uti hæreticos, juxta C. cum. C. evd. ad bæc privaturn impunitatis & libertatis privilegio concessio hæreticis in Tractatu pacis Osnabrugensis & Monasteriensis, ita ut sive Catholicus, sive hæreticus à fide Christiana totaliter deficiat translat ad Judaismum, Mahometismum, Paganismum, omnibus poenis contra apostatas & hæreticos statutis subficiat.

2. Resp. Secundò penas apostatarum ab ordine sacro sunt ferè sequentes, prima, excommunicatio, non quidem latæ sententiæ, sed ferenda; nisi Clericus in sacris constitutus matrimonium contrahere præsumperit. Abb. in c. i. b. t. n. 3. Menoch. de arb. cas. 14. n. 48. Sanch. de matrim. l. 7. d. 48. n. 1. Pith. b. t. n. 5. Arg. c. i. b. t. Clem. unic. de consanguinitate, Et affinit. Secunda est infamia, non quidem juris, sed ipso facto inculsa. Arg. c. alieni. 2. q. 7. can. beatus. 3. q. 4. Thesaur. p. 2. de pen. Eccl. vi. Apostasia. c. 4. n. 3. vi cuius durante apostolata repelluntur à quibuscumque dignitatibus, honoribus, officiis, ab accusando, ferendo testimoniis, aliisque actibus, à quibus infames arcentur. Menoch. l. 1. Diaz. in pract. trim. c. 11. s. n. 2. Pith. b. t. n. 5. Tertia est irregularitas impotripietatem dicta & orta ex infamia, quæ per pénitentiati tollitur, nisi apostata contrarerit matrimonium; hoc enim initio & consummato contrahit irregularitatem ortam ex bigamia similitudinata tollendam per dispensationem etiam ab Episcopo Clerico pénitenti & commendato concedendam. Wielkn. b. t. n. 15. juxta dici solita l. 1. Decret. tit. 21. Quarta apostatarum à Sacro ordine pena est, amissio privilegi canonis, ita ut talem percutiens non incurrit excommunicationem latam. Can. si quis fudente. 17. q. 4.